Lapides in sensum doloris, nam et potuerunt mortalium
pectora lapidescere. Desistite tumuli, Vt Vestris è sedibus
prodeant Iudices, qui de tanta Viuorum crudelitate cog-
noscant. Itaque tantae atrocitatis spectaculo totus ter-
rarum orbis ingemuit; infima cum coelo nutarunt, pro-
pe iam erat, Vt ad Vindictam tanti sceleris omnis haec
Mundi machina solueretur, nisi ò Viscera pietatis!
ille qui in cruce pendebat immemor iniuriae, et solus
de hostium suorum salute sollicitus, inter coelum, et
terram tanquam alter ~~Aaro~~ Aaron inter mortuos Vi-
ventesque constitutus ex ipsa cruce iam iam moriens cum
lachrymis, et clamore, inimicorum suorum Aduocatum
apud Patrem egisset, Vt iam toti Mundo tam pio sangui-
ne consperso tantum facinus condonaret. Hae sunt
digna nostris mentibus, nostris lachrymis spectacula
Vbi talem oportuit esse eum, quem non aliqua sui pecca-
ti labes, sed nostra scelera tam miserum reddiderunt.

Dixi.

NB Perorauit, composuitque
~~[illegible]~~ Burg.
NB 1661.

[illegible]